



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti

Stengel, Carl

[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV

VII. Novembris. S. Vvilibrordvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38356

S WILLIBORDVS, natione Anglo saxo, cum *S. Suiberto* & aliis decem sociis, Euangelii prædicandi causa ex Britannia in Frisiam anno DCXC traicit, & Ultraiectum venit. Inde ad Pipinum Heristallium se conferunt, ut prædicandi facultatem impetrent. An. DCXCII. *S. Lambertus Traiectensis* Episcopus, è Taxandriâ agri Brabantini parte, quam tunc excolebat, sæpiùs Willibrordum visitat, & cum eo de propagandâ fide confert. WILLIBORDVS Romam profectus, à *S. Sergio* Papâ Frisonum Archiepiscopus anno DCXCVI consecratur, in die & basilicâ *S. Cæcilie*. Româ in Frisiam reuersus, sedem Episcopalem Ultraiecti ad Rhenum anno DCXC.VII. statuit. Vbi multos in breui suâ prædicatione ab idololatriâ ad fidem conuertit. Vlissingensibus lagenam suam pro insigniis reliquit. Porrò dictus Frisîæ, Hollandiæ, & Zelandiæ Apostolus, etiam in Lotharingiâ multos conuertit. Rursùm fidem prædicauit in Flandriâ, vbi Birsitani, Hulstenses, Axellani, & Hasnenses, ab eo ad fidem conuersi. Ecclesias & cænobia plurima construxit. Obiit VII. Nou. A.C. DCCXXXVI. Sepultus in Epternaco monasterio à se constructo, *Ex Mol. & Aut. Myr. fastis.*



2 P. MINVS. F. P. O. P. S. R. E. M.
 P. R. O. P. R. I. A. T. I. O. N. I. S. A. L. I. Q. U. I. B. U. S.
 P. R. O. P. R. I. A. T. I. O. N. I. S. A. L. I. Q. U. I. B. U. S.



Acceptam referunt BELGÆ, FRISIQ. salutem
 CLEMENTI, dictus qui WILIBRORDVS erat.
 D.M.

T 2

XII. NO-

WIL